1872

Consortem suam, quam ipsum Generosum Ioannem Kulczycki Maritum suum mori contigerit, ex tunc idem Maritus Bona supra scripta generaliter omnia morte praedictae Consortis suae derelinquenda cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice ad extrema durantis vitae suae tempora utifruetur. Post mortem vero ex hac luce decessum eiusdem Mariti sui, ex tunc Bona suprascripta morte eiusdem Consortis derelinquenda, ad Successores suos sine quovis impedimento et contradictione, Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur. Ipsis suis praesentibus personalibus Recognitoribus ad praemissa mediantibus.

## Kulczycka abrenuntiat

161 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Anna Chotecka, Generosi Michaelis Chotecki, cum Generosa Marianna Ustrzycka Consorte ipsius Legitima procreata Filia, Generosi vero Ioannis Kulczycki Consors Legitima, una cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniugalis, atque Generosae Mariannae Ustrzycka Matris suae personali assistentia, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus, recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit.

Quia sibi de Bonis Paternis et Maternis, se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis concernens, per manus suprascriptorum Parentum suorum realiter et effective satisfactum est, ea itaque interveniente satisfactione, Bonis iisdem abdicat, abrenuntiat et resignat, praesentibus, salvis quibusvis Successionibus, in se Recognoscentem post quasvis personas devolvendis pleno in robore reservatis.

# Mokrzecki nomine Magnifici Branicki Jatowickim & aliis Intercisiam roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Christophorus Mokrzecki, Pincerna Bielscensis, Notarius Castrensis Branscensis, Illustris et Magnifici Joannis Clementis in Ruszcza Branicki Marschalci Curiae Regni, Branscensis Stopnicensis, Bielscensis, Ratnensis Capitanei Plenipotens, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus, recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse, eiusdem Illustris et Magnifici Curiae Regni Marschalci nomine, procuratorio habitione cavet, et se praesentibus inscribit, eundem Illustrem et Magnificum Curiae Regni Marschalcum, Successoresque illius in et super Bonis eius generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Intercisiam certam inter